



**Disputationvm De Censuris In Commvni,
Excommunicatione, Svspensione, & Interdicto, itemque
de Irregularitate, Tomvs Qvintvs**

Suárez, Francisco

Mogvntiæ, Anno Domini M. DC. XVII.

Disputatio XXXII. De interdicto in communi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94035](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94035)

Alia suspensiones religionum.

Vltimo loco addi hic possunt suspensiones nonnullae quae sunt communes religionis cum aliis clericis, ut est illa, quae circa honestatem habitus fertur in Clement. 2. de Vita & honest. cler. & quae circa matrimonij benedictionem, & contractum sine facultate administrationis fertur in Concil. Trid. sess. 24. capit. 1. de Reform. matrim. quae in superioribus declaratae sunt. Item huc spectat suspensio Capituli religionum, quod pro receptione alicuius aliquid ex pactione recipit iuxta Extrauag. 1. de Simonia inter communes. Vbi illa suspensio Papae reservatur. Sed textum illum supra exposuimus agentes de excommunicatione, quae ibi principaliter fertur pro his actionibus quae ad singulas personas pertinent, & de illo genere culpa, quia longiorem difficultatem postulat, in dicto opere de religione latius dicemus. Et ideo de suspensione hac dixisse sufficit.

DISPUTATIO XXXII.

De interdicto in communi quoad essentiam, & species eius.

DE hac censura eadem methodo & ordine, quo de aliis disputabimus. Prius enim de natura & specifica ratione interdicti, postea de singulis interdictis ipso iure latis dicemus. In priori vero parte prius essentialem rationem interdicti, & varios modos seu species eius, deinde effectus, postea causas, ac tandem eius absolutionem, seu relaxationem declarabimus. Et quia cessatio à diuinis interdicto annexa est, ideo breuem etiam de illa tractatum in fine adiungemus. Disputant autem de hac materia ex Scholasticis pauci, magnaue cum breuitate in 4. distinct. 18. & 21. latius Summistae praesertim Angelus, Syluester, & Antoninus tertia parte, titulo vigesimo sexto, & Iurisperiti, praesertim Nauarrus, & Couarruias, quos saepe in sequentibus referemus, & in tomo 14. tractatum Iuristarum habentur nonnulli de hac materia. In hac ergo disputatione solum definitionem, & diuisionem interdicti trademus.

SECTIO I.

Quid interdictum sit, & quomodo ab aliis censuris differat.

Ratio dubitandi.

EFFICULTAS huius dubitationis consistit in explicanda propria differentia interdicti ab aliis duabus censuris. Supponimus enim ex dictis in principio huius operis: interdictum esse censuram quandam & consequenter per genus illud differre ab omnibus aliis pœnis, impedimentis, seu inhabilitatibus Ecclesiasticis, quae censurae non sunt. Tamen ab excommunicatione, & suspensione non videtur posse differre, quia cum illis conuenit in ratione priuationis Ecclesiasti-

corum bonorum, vel quae illis annexa sunt: nullum autem videtur posse excogitari Ecclesiasticum bonum, quo non priuentur excommunicatio, vel suspensio: ergo non apparet quomodo possit esse censura ab his distincta; sed ad summum differt ab illis vel tanquam pars à toto, vel sicut excommunicatio minor à maiore, vel alio modo simili. In contrarium vero est, quia supra ostendimus ex iure tres esse species censuræ, quarum una est interdictum.

Ut nominis ambiguitas tollatur, suppono verbum interdicendi aliquando generaliter sumi pro quacumque prohibitione à superiore facta: quomodo sunt apud Iuristas tituli de Interdictis, & Coactione, & Insuper. Vbi in secundo dicitur non solum dari interdicta prohibitoria, sed etiam restructoria, & exhibitoria; quia, licet interdiciere quadam ratione significet idem quod prohibere; tamen rationale alia etiam significare potest dicere ius inter aliquos: & ideo obtinuit vsus (dicitur ibi) ut decretum inter duos dictum, interdictum dicatur. In qua significatione videtur hac voce Pontifex in cap. Pastoralis, de Causa pos. sess. & prop. vbi Glossa ait: Interdictum olim erat quaedam formata & solennis conceptio verborum quibus praeter aliquid fieri iubeatur, vel prohibeatur. Sed omnia hac significatione iuris civilis propria; quamuis à Cicerone etiam, & Latinis interdum vsurpata frequentior est illa, qua Interdictum, prohibitionem significat: & sic etiam iure civili, Interdictum, significat poenam, qua aliquis vel patria, vel aliorum bonorum vsu priuatur: quomodo etiam est titulus ff. de Interdictis, & relictis. Et aliquando in iure canonico, ut in superioribus saepe notauimus, vox interdicendi in hac significatione sumitur, & effectibus eiuslibet censuræ accommodatur. Sicut è conuerso verbum suspendendi aliquando huic censuræ interdicti adaptatur. Tam vero vsu Ecclesiae nomen interdicti accommodatum est ad significandam quandam specialem Ecclesiasticam poenam priuationum quorundam bonorum Ecclesiasticorum, quae per modum censuræ imponitur.

Interdictum ergo in hac acceptione sumptum ita solet definiri, Est censura Ecclesiastica, qua homo a perceptione quorundam sacramentorum, & à diuinis officiis, & ab Ecclesiastica sepultura separatur. Ita Soto in 4. distinct. 22. quaest. 3. articulo primo ex cap. Non est verbum, de Sponsalibus, & cap. Quod in se, de Poenitentia & remissionibus. Ex quibus colliguntur quidem effectus interdicti, qui in praedicta definitione innuuntur, non tamen ipsa definitio. Quae, si recte attendatur, tota conuenit excommunicationi, quamuis non fit illi adaequata: & ideo ex vi illius definitionis non vitatur, quod in principio obiecebamus, interdictum esse quandam minus grauem excommunicationem, veluti mediam inter maiorem & minorem supra declaratas. Accedit, quod illa definitio non videtur dari de interdicto in communi, quod à personali & locali abstrahit. Et ideo alij praeficiunt hominem à tali definitione, & indefinite vel passiuè aiunt, interdictum esse censuram Ecclesiasticam, qua prohibetur diuina officia, & c. ut Nauarrus cap. 27. num. 164. qui in reliquis particulis ferre conuenit cum praedicta definitione. Couarruias tamen in dicto capitulo, Alma, secunda parte, §. 1. num. 2. magis æquiuocè vsus est suspensionis, dicens, Interdictum esse suspensionem à diuinorum officiorum sacramentorumque, actiua & passiuè celebratione respectu alicuius loci, aut personarum factae, Ecclesiasticam etiam prohibentem sepulturam: Vltus est enim nomine suspensionis pro nomine prohibitionis vel priuationis, non sine æquiuocatione, cum de differentia inter suspensionem & interdictum agamus. In reliquis vero particulis, non solum genus, sed etiam species interdicti cõplectitur. Alij differentiam interdicti cõstituant in hoc, quod prohibitio eius directe non fer-

tur ad personas, sed ad locū prohibens in illo vsum vel ministerium talium rerum sacrarum: personas vero non prohibet nisi vel ratione loci vel in ordine ad locum, vt cum alicui interdicitur ingressus Ecclesie, vel celebratio in Ecclesia. Sed quamuis in multis interdictis hoc verum sit, & in eis declaratur differentia ab aliis censuris: tamen non est generaliter verum: datur enim aliquod interdictum personale, quo simpliciter persona interdicitur, non tantum in ordine ad hunc, vel illum locum, sed omnino.

Videtur ergo propria ratio interdicti in hoc posita, quod sit, *Censura Ecclesiastica prohibens vsum quandam rerum diuinarum, vt fidelibus communem, quatenus talis est.* In qua definitione abstrahimus a loco, & a personis, quoniam etiam interdictum abstrahit, vt postea declarabimus. Abstrahimus etiam ab vfu actiuo, & passiuo: quoniam interdictum in genere ab hoc etiam præscindit: & interdum vtroque modo interdum altero ferri potest. Addita est particula, *Vt fidelibus communem*, ad separandum interdictum a suspensione, quæ priuat aliquo vfu, non vt communi, sed vt proprio alicuius potestatis Ecclesiæ seu vt ministerio ex officio, quod est materiale ad interdictum. Et ideo suspensio per se, solum priuat vfu actiuo, interdictum indifferenter. Hinc etiā suspensio per se priuat clericos: interdictum commune est de se. Dictum vero præterea est, *quatenus talis est*, vt separare hæc censura ab excommunicatione: nam excommunicatio priuat quidem vfu talium rerum sacrarum: non tamen quatenus est vfu rei sacræ, sed quatenus est communicatio cum aliis fidelibus: interdictum vero formaliter priuat vfu talis rei sacræ per se ac independentem a communicatione cum aliis. Inter excommunicationem vero & interdictum intercedit alia, scilicet, quod excommunicatio priuat non solum communicatione in diuinis, sed etiam in humanis: interdictum vero solum priuat vfu sacrarum rerum. Dixi autem *quandam rerum sacrarum*, quia interdictum non priuat omnibus rebus sacris: sed illis, quæ in iure expressæ sunt, & modo etiam in iure declarato: quod aliqui in definitione ponunt: sed non oportet eam onerare. Quæ autem illæ sint, videbimus infra agentes de effectu interdicti. Ex quo pendet distinctior cognitio huius censuræ, quia tota ratio eius in ordine ad illum consistit. Ex quo etiam satis responsum est ad rationem dubitandi; concludit enim materialiter quidem habere has censuras plures effectus communes, non tamen sub eadem ratione, ac propterea in multis aliis differunt, quod satis est vt sint diuersæ pœnæ ac censuræ.

SECTIO II.

Quotuplex sit interdictum.

Diviso ac præcipue diuiditur interdictum in locale, & personale. Quæ diuisio sumitur ex cap. *Præsentis*, c. *Si sententia*, & cap. *Si citius*, de Sen. excom. in 6. & aliis quæ superiore sect. citauimus, & quæ infra referemus agentes de singulis interdictis. Locale interdictum dicitur, quod directe fertur ad locum, quia in eo interdicitur fieri diuina officia secundum modum à canonibus præscriptum. Quod si inquiras, quomodo locus, qui res inanimata est, sit capax censuræ, quæ videtur esse propria pœnæ, & prohibitio rationalis personæ. Dicendum est primum, etiam loca sacræ, eo modo quo sunt capacia cuiusdam sanctificationis, esse etiam capacia cuiusdam irregularitatis, seu inhabilitatis vt sacræ in eis peragantur, quomodo contingit Ecclesiam pollui, vt alibi tractauimus: ad hunc ergo modum dici

potest locus capax huius censuræ. Secundo, & magis ad rem dicitur, licet hoc interdictum dicatur locale, quia prohibitio eius proxime versatur circa locum, & intra illum, vt sic dicam, continetur: tamen illam prohibitionem ad homines dirigi, qui in eo loco prohibentur diuina audire, facere, aut recipere, quamuis nō prohibeantur simpliciter, seu extra talem locum. Atque ita hæc censura semper est pœnæ alicuius, vel aliquorum hominum, proprie quidem illius ob cuius culpam interdictum ponitur, late vero & quali per communicationem etiam illorum, quibus talis locus interdicitur. Non ergo dicitur interdictum locale, quia nō sit pœnæ & grauamen personarum: sed quia directe cadit in locum, & per illū in personas redundat.

Interdictum autem personale immediate dirigitur ad personam, eique interdicit certum quendam vsum diuinarum rerum, differtque à præcedenti, quod nō terminatur ad certum locum. Nam si persona interdicta est simpliciter, prohibita est ne alicubi talibus diuinis vt valeat, vt latius videbimus declarando effectus. Dico autem *si sit simpliciter interdicta*, nam, si ei tantum sit interdictus Ecclesiæ ingressus, non vbi que, sed tantum in Ecclesia est illi prohibita diuinorum celebratio, argum. c. *Is cui*, de Sen. excom. in 6.

Atque hinc tandem constat diuisionem illam sufficientem esse, quia præter personas, vel loca nihil in iure interdicti consuevit. Et ratio reddi potest, quia omnia sacræ, quæ hac censura interdiciuntur, sunt quorundam sacramentorum vsum, & diuinorum officiorum, ac sepulture sacræ participatio, hæc autem, & in sacro loco, & in homine, vel ab homine, vel per hominem fieri debent, & ideo his duobus tantum modis, & non aliis interdiciuntur. Quidam nihilominus huic diuisioni addunt tertium membrum, scilicet, interdicti quod simul locale & personale sit, vt videlicet in Syluestro, & Angelo, verbo, *Interdictum*, & Nauarro cap. vigesimo septimo, num. 166. Veruntamen (sicut in simili dixi tractando de suspensione) superfluum est addere hæc membra, quæ tantum sunt collectiones aliorum. Vnde Nauarrus fatetur de hoc interdicto complexo, vt sic dicam, iudicandum esse ex aliis duobus. Et ideo ad doctrinam tradendam illud membrum nihil deseruit. Et ob eandem causam non fuit necessarium, hic addere interdictum, quod Deambulatorium vocant, cuius fit mentio in cap. *Non est vobis*, de Sponsalibus, & in cap. *Dilectus filius*, de Appellatione, ferturque hoc modo, *Interdicimus Petrum, & quemcumque locum vbi ille præsens fuerit* (vel quod in re idem est) *vbi cumque Petrus fuerit, ille locus interdictus sit.* Hoc enim interdictum locale est, vel certe plura localia successiue, prout talis persona successiue mutat loca. Et includit etiā personale, vel formaliter, vt in priori forma, vel virtute, vt in posteriori: sicut ex dicendis magis patebit. Sed dicet aliquis, officia sacræ etiam requirunt tempus: cur ergo non datur etiam interdictum temporale, quo tempus per se primo interdicitur. Respondetur, tempus non directe interdici, sed personam, vel locum pro tali, vel tali tempore: vnde licet aliqua prohibeantur fieri in aliquo tempore propter specialem circumstantiam eius, semper ad personas directe refertur prohibitio.

Secunda Diuisio interdicti localis in generalem, & specialem.

SECUNDO potest vtrumque ex his interdictis diuidi in generale, vel speciale, seu vniuersale & singulare. Et primum quantum ad interdictum locale sumitur hæc diuisio ex dicto capitulo, *Præsentis*, de Sententia excommunicationis. in sexto, c. *Præsentis*, vbi expresse solum fit mentio generalis interdicti: vnde alterum membrum satis insinuat. Vtrumque

Cap. Cum
in partibus,
de verb. si-
gnif. Gene-
rale interdi-
ctum quid.

Que autem expresse ponitur, & declaratur in capit. Cum in partibus, de Verbo. signif. Generale ergo interdictum appellatur, quod in aliquem locum quasi generale, & plurā partialia loca complectentem dirigitur. In quo potest esse latitudo, nam potest interdici regnum, & Prouincia, & Diocesis, & Ciuitas, vel Villa, aut castrum, ut dicitur in dicto cap. Cum in partibus, & ibi Glossa notat. Quamuis enim vnum horum comparatione alterius dici possit particulare, vel potius minus generale: tamē absolute omnia sunt generalia, quia seruant eandem proportionem respectu locorum ad quā feruntur: nam omnia illa loca habent aliquam vniuersalitatem seu collectionem, & totam illam prohibet interdictum, quod in tali loco generatim ponitur. Vnde necessaria non est distinctio Angeli, qui separat interdictum particulare, a generali & singulari vocans particulare illud, quod est vnius tantum ciuitatis, vel oppidi; generale vero quod est totius Diocesis, vel Prouinciæ. Nam hæc distinctio non habet fundamentum in iura, & licet hæc differant secundum magis, & minus, ut declarauimus; tamen vtrumque est simpliciter generale, ut expresse constat ex dicto capitulo: Cum in partibus. Igitur speciale interdictum est, quo specialis locus, nimirum hæc vel illa Ecclesia interdicatur. Refertque multum ad iura & priuilegia explicanda, intelligere, an interdictum locale, generale, vel speciale sit, quia diuersas causas requirunt, & diuersos effectus interdum habent, ut postea videbimus.

Angeli disti-
ctio reicitur.

Quale sit
interdictum
vnius paro-
chie.
3. Senten.
Coharr.

Et ideo inquiri hic solet, an interdictum positum in tota parochia ciuitatis, vel oppidi, in quo sunt plures Parochie, dicendum sit generale, vel particulare. Nam auctores dissentiunt. Couarruias dicto §. primo, numero 9. dicit esse particulare, refertque Abbatem, Calderinum, Nicolaum Ploium, & alios. Et videtur probari ex dicto cap. Cum in partibus, ubi ad interdictum generale videtur requiri, ut saltem sit in toto oppido, vel castro: non est autem huiusmodi quod in vna tantum parochia ponitur, ut per se notum est. In cap. vero, Cum inter, de consuetudine, quod etiam Couarruias assert, solum habetur interdictum ciuitatis esse generale, non vero quod hoc sit necessarium ad generale interdictum. Similiter auctores quos citat, nihil specialiter loquuntur de parochia, sed fere eodem modo loquuntur quod c. Cum in partibus. Fauet vero huic sententiæ Felinus in c. Sane, 2. de Off. deleg. num. 3. quatenus ait, propter pecuniarium debitum posse parochiam interdici: quod verum non esset, nisi illud interdictum esset particulare.

Cap. Cum
inter, de con-
suet.

Felinus.

2. Senten.
Nauarr.

Glossa.
Abbas.
Syluest.
Anton.
Calder.

Nihilominus contrariam sententiam tenet Nauarr. c. 27. nu. 166. qui etiam citat in suam sententiā dicto c. Cum in partibus, sed ut dixi ibi nulla est mentio de parochia, sed de castro, aut villa: & similiter loquuntur Gloss. ibi, Abb. & Doctores, & Syluest. Interdictum, si qu. 10. & Anton. 3. p. tit. 26. c. 2. & Calder. tractatu de Interdicto, p. 1. num. 11. & sequentibus, & Nicolaus Ploius tractatu de Interdicto in princip. Qui tamen in duobus fauent huic sententiæ. Primo, quia quoties loquuntur de particulari interdicto, exempla adhibent quando ponitur in determinata, vel determinatis Ecclesiis. Secundo, quia dicunt interdictum esse generale quoties omnino interdicitur aliquis locus, in quo possunt esse plures Ecclesie, licet actum non sint. Vnde certum est, si interdicitur paruum oppidum, ubi tantum est vna Ecclesia, interdictum esse generale. Ex quo sumitur argumentum, quia tale oppidum solum est vna parochia, & latior esse solet vna parochia vnius ciuitatis, quā vnum oppidum integrum, & vna parochia, licet non habeat nisi vnam Ecclesiam parochialem, potest habere plures Ecclesias simpliciter, regulares, vel seculares.

Hæc sententia absolute videtur probabilior, sed

A quia nomen Parochie æquiuocum est, & pro templo solo Ecclesie Parochialis, vel pro toto ambitu Parochie. Priori modo sumpta parochia, si sola illa interdicitur, erit interdictum particulare: & si in hoc sensu loquuntur Couarruias, verum dixit. Et aliqui putant in eodem veram esse sententiam Felini supra relatam, & non in alia: sed de hoc dicam disp. sequ. explicando Extrauag. Prouide, de Sent. excom. quæ non loquitur de generali vel particulari interdicto, sed sub alia verborum forma, & ex cuius intelligentia pendet illius quæstionis decisio. At vero, interdictum totius parochie simpliciter, est generale, quatenus comprehendit totum ambitum seu districtum parochie, quia tale interdictum habet obiectum, ut sic dicam, collectiuium, & illud respicit tanquam totum quoddam, quod generaliter prohibet, quod autem illud sit pars ciuitatis, est accidentarium ad rationem generalis interdicti.

Dixi autem esse hoc interdictum simpliciter generale, quia maius dubium esse potest, quando in aliquo priuilegio vel canone, est sermo de interdicto generali terre, nam ratione illius additi, terra, videtur necessario requiri ut sit generale in toto oppido, qualecumque illud sit: & de hoc videtur esse sermo in dict. cap. Cum in partibus, ubi agitur de sensu cuiusdam priuilegii quo conceditur, ut, cum generale interdictum terre fuerit, liceat hoc vel illud, &c. & exponitur, nomine terre, non solum regni, vel Prouinciæ, sed etiam villam, & castrum comprehendit. Vbi Glossa aduertit, nomine terre, comprehendit tam magnam, quam paruum, dummodo tota intelligatur. Vnde, licet in hac ciuitate interdicitur tota Parochia Sancti Ioannis, non poterit illud dici interdictum generale huius terre, sicut aliqui absolute & sine addito generale sit: quod quidem est notatione dignum, nam est hoc valde consentaneum dicto textui, & necessarium ad intelligenda varia rescripta.

Sed quid si interdicitur hæc ciuitas, excipitur tamē vna vel altera Ecclesia: eritne generale, an particulare interdictum? Gloss. citata in dict. c. Cum in partibus, significat de ratione generalis interdicti esse, ut nullus particularis locus excipiat. Et Syluest. dist. quæst. 2. ait, generalem dici, quia totum aliquod sine exceptione comprehendit. Et Nicol. Ploius n. 2. supra, ait, speciale interdictum esse, in quo aliqua Ecclesia non excipiuntur. Mihi tamen videtur tale interdictum esse generale: id quæ colligo ex aliis auctoribus citatis, qui, licet expresse hoc non attingant, dicunt tamen ad interdictum particulare necessarium esse ut particularis locus sen Ecclesia interdicitur: quod in illo interdicto non fit: non est ergo particulare: erit ergo generale. Præterea illud interdictum habet generale obiectum, quod de se plura loca quasi collectiue complectitur: ergo ratione illius est generale: præsertim quia particularis exceptio & quasi priuilegium non tollit absolutam generalitatem, nam simpliciter verum est dicere tale ciuitatem esse interdictam. Nec fortasse auctores citati cesserunt contrarium; sed solum voluerunt ut interdictum ex se generaliter feratur in totum locum: quod vero illi adiungatur exceptio, est per accidens, nec mutat rationem eius. Vnde, cum aiunt speciale interdictum esse, in quo aliqua Ecclesia excipiuntur, intelligi debet, non de exceptione ab interdicto, sed de exceptione a communi celebratione, quæ per ipsum interdictum fit: id est, quando particularis Ecclesia excipitur ne in ea celebrentur diuina, tunc interdictum est speciale.

Tandem dubitari hic potest, quale sit interdictum in quo nec vniuersaliter totus locus aut tota ciuitas nec solum vna vel duæ Ecclesie sed omnia templa interdiciuntur. Soto supra sentit, si omnes Ecclesie interdiciuntur nulla excepta, esse interdictum generale. Ex ratio esse potest, quia ad generalitatem interdicti

dicti non videtur spectandus locus quasi materialiter sumptus, sed in ordine ad functiones sacras, quatenus publice in Ecclesia sunt: ad has autem solum Ecclesie seu templa destinata sunt; ergo interdicere omnes Ecclesias alicuius loci, est simpliciter interdicere totum illum locum: erit ergo illud interdictum generale. Nihilominus contraria sententia est certa, & communis, quam ex Archidiacono, & Calderino refert Syluest. dict. q. 3. & sequitur, idemque tenent Couarr. Nauarr. & Anton. supra, & in speciali tractatu de Interdicto. Et ratio est, quia tunc non interdicitur ciuitas, aut castrum, vel aliquid simile, quod necessarium est ad generale interdictum locale: ut colligitur ex decretis citatis. Item tale interdictum non fertur directe ac per se in totum aliquem locum generalem, sed in plures particulares determinatos, & ideo est particulare, vel, ut ita dicam, virtute est plura particularia interdicta: sicut, quando excommunicantur plures homines, excommunicatio particularis est, vel sunt potius plures excommunicationes iuxta numerum personarum. Nec refert quod diuina officia in Ecclesiis tantum fieri soleant, nam in necessitate fieri possunt extra illas; & absolute loquendo, possunt alia loca talis oppidi ad illud munus destinari, quæ ex illius censuræ interdicta non sunt, & hoc est satis ut tale interdictum generale non sit.

Tertia diuisio interdicti personalis in generalem, & specialem.

Tertia diuisio similis precedenti est de interdicto personali in generale & speciale: quam etiam trimembrem constituit Angelus, vocans generale illud, quod fertur contra communitatem aliquam, ut contra ciuitatem, oppidum, &c. in quo omnes alii conueniunt: particulare vero seu speciale vocat, quo interdicuntur plures personæ determinatæ: singulare autem appellat, quando vel vnica tantum persona interdicatur, vel in determinatam quicquam aliquod certum opus fecerit, ita colligitur ex illo verbo, *Interdictum*, in. 1. 7. & 11. Verumtamen hic distinguendi modus nullum fundamentum habet: sed speciale interdictum est quoties in singularem personam fertur, siue illa sit vna, siue plures, & siue certa, siue incerta. Atque ita solum sunt necessaria duo membra, quæ differunt in obiectis, nam generale interdictum respicit aliquod corpus politicum collectiuum plurium personarum, & personas singulas solum ut sunt partes talis communitatis, iuxta cap. *Si sententia*, de Senen. excom. in 6. Particulare autem interdictum personale est, quod in determinatam, vel determinatas personas fertur: parum enim refert, quod in vnâ, vel plures feratur, dummodo ad singulas per se, & ad omnes, ut aiunt, per modum plurium tendat, sicut diximus de locali, quod in hoc eandem proportionem seruat, ut *Pa-normitanus*, & alij indicant in dict. cap. *Cum in partibus*, & Syluester, ac reliqui Summistæ. Vnde etiam in hoc partim differt, partim conuenit hoc interdictum cum excommunicatione: differt quidem, quia excommunicatio non potest ferri in vniuersitatem, & ita non datur excommunicatio generalis sicut interdictum: conuenit autem in ratione particularis censuræ, ut sic dicam; nam, sicut excommunicatio potest ferri in vnâ, vel plures personas, certas, vel incertas, & nihilominus semper est specialis seu singularis, vnâ, vel plures: eodem modo se habet interdictum particulare.

Nonnulla vero supersunt dubia. Primum est, an, quando interdicatur collegium, quod est pars alicuius vniuersitatis, seu populi, sit interdictum generale, vel particulare. Syluester, *Interdictum*, primo in fine dicit esse particulare, ut, si in hac ciuitate interdicatur Academia tota, quia non interdicatur, inquit,

totum corpus ciuitatis, sed pars eius. Contrarium tamen censeo verum, quod aperte sentit Nauarrus dict. num. 166. Et ratio est, quia tale interdictum non fertur in determinatam personam, vnâ, vel plures, sed in quoddam totum politicum, quod collectiuo nomine optime significatur: est ergo generale ex vi obiecti sui cui est omnino accidentale quod illud corpus sit pars alterius corporis politici. Et declaratur optime per comparisonem ad excommunicationem, nam illud obiectum tale est, ut excommunicatio non possit in illud ferri: cuius ratio non est alia, nisi quia non datur excommunicatio generalis: ergo, cum interdictum in idem corpus fertur generale est.

Secundum dubium huic annexum est, quid interdicatur per generale interdictum an singulæ personæ, vel totum corpus politicum ut sic: non quidem totum, quia effectus huius censuræ non habent locum in illud, quia recipere, vel conferre sacramenta, audire, vel cantare diuina officia, sepeliri, aut sepelire, actiones & passionis sunt singularum personarum, non alicuius corporis politici. Si autem singulæ personæ interdicuntur, nihil interest inter hoc interdictum generale, & illud personale, quod in plures personas fertur: siue enim comprehendantur nomine collectiuo, ut, v. g. nomine Collegij, siue nomine communi distributo, ut omnes collegiales, siue nominibus propriis, ut Petri, vel Pauli, &c. in re idem est effectus, scilicet quod singulæ personæ interdicte manent. Dicendum nihilominus est per interdictum generale manere interdictas singulas personas, quæ sunt partes illius communitatis, inquam fertur, & non alias, neque totum corpus aliquam in singulis partibus, ut tales sunt. Tota hæc assertio habetur satis expresse in dict. c. *Si sententia*, eiusque pars vltima sufficienter probatur ratione facta, que in prædicto etiam textu habetur. Secunda etiam est facilis, quia sententia vel poena non extenditur extra illum in quem fertur: ergo cum tale interdictum fertur in aliquod corpus politicum, extra illud non extenditur: sed corpus illud non completur nisi illas personas quæ sunt partes eius: ergo præter illas nullam aliam interdicat. Ex quo recte inferitur in prædicto textu, interdicto clerico alicuius loci, non propterea interdicti populum, neque è conuerso, quia populus non est pars cleri, ut per se patet: neque etiam clerici censentur pars populi: ut in illo textu supponitur.

In quo posset quispiam hæsitare, quia nomen populus ita est collectivum, ut non minus clericos, quam laicos complectatur, nam ex omnibus conuersis in clerum dicitur. Vbi de hoc, Sicut etiam si interdicatur familia alicuius Principis, Cardinalis, vel Episcopi, quæ consistit ex laicis & clericis, vtrique interdicti manent ut omnes docent, Syluester, Tabiena, & alij. & videri potest Maiol. libr. 3. de Irregularitat. ca. 20. Possunt ergo aliquando clerici, & laici interdicti ut partes vnius corporis, & exemplum adductum, & ratio conuincunt: quia potest corpus politicum ex omnibus illis componi. Vnde miror cur Syluester, *Interdictum*, 2. numer. 17. admittens exemplum illud de familia, addat, si interdicantur Doctores alicuius ciuitatis, non comprehendit clericos Doctores, citans Glossam in dict. cap. *Si sententia*, quæ nihil tale dicit, neque est probabile: maxime quia sub illa forma interdictum potius est particulare, quam generale, nam illa forma distributiva potius est quam collectiva: sub illa autem distributione æque comprehenduntur clerici, & laici, quia nomen Doctoris commune est. Quod si reducat ad formam collectivam, ut si vniuersitas interdicatur, in qua & clerici, & laici sunt Doctores, manifestum est utroque interdicti. Respondeo igitur hoc non negari in dict. capis, *Si sententia*, sed dici nomine populi intelligi.

In quo posset quispiam hæsitare, quia nomen populus ita est collectivum, ut non minus clericos, quam laicos complectatur, nam ex omnibus conuersis in clerum dicitur. Vbi de hoc, Sicut etiam si interdicatur familia alicuius Principis, Cardinalis, vel Episcopi, quæ consistit ex laicis & clericis, vtrique interdicti manent ut omnes docent, Syluester, Tabiena, & alij. & videri potest Maiol. libr. 3. de Irregularitat. ca. 20. Possunt ergo aliquando clerici, & laici interdicti ut partes vnius corporis, & exemplum adductum, & ratio conuincunt: quia potest corpus politicum ex omnibus illis componi. Vnde miror cur Syluester, *Interdictum*, 2. numer. 17. admittens exemplum illud de familia, addat, si interdicantur Doctores alicuius ciuitatis, non comprehendit clericos Doctores, citans Glossam in dict. cap. *Si sententia*, quæ nihil tale dicit, neque est probabile: maxime quia sub illa forma interdictum potius est particulare, quam generale, nam illa forma distributiva potius est quam collectiva: sub illa autem distributione æque comprehenduntur clerici, & laici, quia nomen Doctoris commune est. Quod si reducat ad formam collectivam, ut si vniuersitas interdicatur, in qua & clerici, & laici sunt Doctores, manifestum est utroque interdicti. Respondeo igitur hoc non negari in dict. capis, *Si sententia*, sed dici nomine populi intelligi.

In quo posset quispiam hæsitare, quia nomen populus ita est collectivum, ut non minus clericos, quam laicos complectatur, nam ex omnibus conuersis in clerum dicitur. Vbi de hoc, Sicut etiam si interdicatur familia alicuius Principis, Cardinalis, vel Episcopi, quæ consistit ex laicis & clericis, vtrique interdicti manent ut omnes docent, Syluester, Tabiena, & alij. & videri potest Maiol. libr. 3. de Irregularitat. ca. 20. Possunt ergo aliquando clerici, & laici interdicti ut partes vnius corporis, & exemplum adductum, & ratio conuincunt: quia potest corpus politicum ex omnibus illis componi. Vnde miror cur Syluester, *Interdictum*, 2. numer. 17. admittens exemplum illud de familia, addat, si interdicantur Doctores alicuius ciuitatis, non comprehendit clericos Doctores, citans Glossam in dict. cap. *Si sententia*, quæ nihil tale dicit, neque est probabile: maxime quia sub illa forma interdictum potius est particulare, quam generale, nam illa forma distributiva potius est quam collectiva: sub illa autem distributione æque comprehenduntur clerici, & laici, quia nomen Doctoris commune est. Quod si reducat ad formam collectivam, ut si vniuersitas interdicatur, in qua & clerici, & laici sunt Doctores, manifestum est utroque interdicti. Respondeo igitur hoc non negari in dict. capis, *Si sententia*, sed dici nomine populi intelligi.

Syluest.
Couarr.
Nauarr.
D. Anton.
169.

Angelus in
paganatur.

Tanorm.
Syluest.

Discremen-
tationem in
interdictis
re-
spectu exco-
municatio-
nis.

12.
Collegij in-
terdictum
quale sit.

13.
Quid inter-
dicatur per
generale in-
terdictum
personale.

Conclusio.

Cap. Si Sen-
tentia.

14.
Interdictum
populo, an
clericus inter-
dicatur.
Dicitur.

Articulus.

Syluest.

Resolutio.

ligi laicum populum: nam licet ex rigorosa vocis significacione illa vox comprehendat omnes homines huius congregationis, cuiuscunque ordinis sint, & in iure civili fortasse aliquando ita sumatur, ut patet ex §. *Constat autem*, Institut. de iure naturali. Tamen iuxta usum Ecclesie, & canonici iuris, populus simpliciter dictus solet à clero distingui, & pro laico accipi, quia habent quasi iura omnino diversa. Ac denique in illo capite explicatum est, in generali interdicto nomine populi ita esse accipiendum, nisi aliud in ipsa sententia declaratur.

15 Prima vero pars assertionis probatur in textu illis verbis, *Ne sententia effectu careat*, quod plane sequeretur si tale interdictum singulas personas non ligaret: quia, si non ligat personas extraneas, nec totum populum, ut sic, nihil aliud superest quod ligare possit. Vnde fit necessario debere ligare omnes, qui sunt partes illius communitatis, cum quia non est maior ratio de vna quam de alia; tum etiam quia interdictum generale est, & ita omnes complectitur, cum nullum excipiat: intelligo autem per se, & ex vi talis interdicti. Nam, si lator eius velit aliquem excipere, non censeo repugnare ut simili proportionem de interdicto locali dixi. Et simili ratione potest aliquis excipi ob privilegium, si illud habeat: an vero possit habere aliquam aliam conditionem, quæ illi excuset videbimus infra agentes de subiecto interdicti. Debent ergo singulæ personæ talis communitatis interdicti in se, ut ita dicam, sentire omnes effectus interdicti per propriam, & quasi personalem prohibitionem sibi factam. Ideoque ad intelligendum quas personas liget hoc interdictum attente consideranda sunt verba sententiæ, vel legis, qua interdictum fertur: & deinde spectandum est an talis vel talis persona sit pars illius communitatis, quæ tali nomine collectiuo in lege vel sententia posito significatur: nam, si est pars, comprehenditur, non vero alias. Ut, v. g. si absolute interdicatur hic populus, quamvis sint aliquæ personæ habitantes in suburbis, etiam distantibus aliquantulum à ciuitate, tali interdicto comprehenduntur, quia re vera sunt ciues, & consequenter partes huius populi: nec per se loquendo, excipiuntur nobiles, aut ignobiles, si vere sint ciues, quia de hoc non habent generale privilegium: secus vero erit si habeant speciale, saltem ex consuetudine. At vero, si aliquis in hac ciuitate habitat ut hospes, etiam si longo tempore habitet, non ligabitur per solum interdictum generale in populum latum, quia re vera non est pars communitatis, quæ per se primo per interdictum ligatur. Quæ ratione scholastici, verbi gratia, hic habitantes, etiam si populus Conimbricensis interdicatur, non erunt interdicti, quæ est communis & certa sententia.

16 Sed dubitari solet, quid dicendum sit, si quis habeat duo domicilia, vnum in loco ubi totus populus est generaliter interdictus, alius in loco non subiecto interdicto. Calde tractatu de Interdicto, affirmat illum manere interdictum, fortasse quia interdictum est quædam prohibitio, quæ satis est vt vno titulo imponatur, ut obliget: sufficiens autem titulus est habere domicilium ibi; quod vero etiam alibi habeat, non potest excusare. Contrarium tamen tenet Syluester, *Interdictum*, 2. num. 13. quia non est maior ratio, cur sentiat onus vnius communitatis, quam libertatem alterius, cum vtriusque æque sit pars; & alioqui potius est in partem fauorabilem inclinandum. Et propter hoc huic parti magis assentior. Limitandam tamen censeo, nisi actu habitet in populo interdicto: nam pro tunc est maior ratio cur sentiat onus illius populi, illique conformetur.

17 Aliud dubium est, an cum clerus interdicatur, comprehendantur omnes Ecclesiasticæ personæ, id est, quæ gaudet privilegio clericali, ut sunt religiosi

omnes etiam nouicii, & conuersi, etiam scemina. Ita tenet communis sententia, quam refert & sequitur Couarr. in cap. *Alma*, part. 2. §. 1. num. 8. oppositum tamen tenet Syluester, *Interdictum*, 5. numer. 17. quem Maiolus, & nonnulli alij sequuntur. Et fundamentum eius est, quia in odiosis nomine cleri non veniunt religiosi, etiam si in fauorabilibus veniant. Potestque confirmari, quia si interdicanter religiosi, non veniunt clerici seculares, etiam si lato modo religiosi sint, ut notatur in Rubrica de Regul. ergo similiter è contrario. Sed huic sententiæ videtur obflare dict. c. *Si sententia*, ubi totam communitatem oppidi, vel ciuitatis in duas partes distinguit, populum scilicet, & clerum: ergo sub altera earum comprehenduntur religiosi: sed non sub populo, quia hoc minus fauorabile est ipsis religiosi, alioqui interdicto populo intelligeretur religiosi interdicti, quod dici non potest, ut recte Syluester, supra numer. 9. ergo quoad hoc comprehenduntur sub clero: nam sub neutra parte eos includere videtur, & à ratione, & à dict. textu alienum. Confirmatur, nam cum in eo dicitur, interdicto populo non comprehendi clerum, sub clero comprehenduntur religiosi: ergo cum dicitur sub clero non interdici populum, non comprehendit religiosos sub populo, sed sub clero. Hæc controuersia solum est de vfu vocis, de qua non habemus in iure specialem declarationem, & ideo nihil potest constanter dici, quia vox vtriusque significationis est capax. Et sine dubio sæpe sumitur pro solo clero seculari, interdum pro toto Ecclesiastico cœtu: & ideo circumstantiæ sententiæ, & materia spectanda sunt ad verum sensum intelligendum. Vbi autem res fuerit dubia, sequenda est regula, ut poena mitiori modo exponatur.

Sic igitur satis constat, quomodo interdictum personale generale singulas personas comprehendat. Ad rationem autem dubitandi in principio positam respondetur, multam eandem esse similitudinem inter interdictum personale generale, & particulare in distributione circa easdem personas quantum ad effectum quem in eis infert, ut argumentum continet, & ex dicendis infra de effectibus interdicti magis constabit. Nihilominus tamen dicendum est, illa interdicta esse diuersa quoad rationes formales suas, nã, quando est generale, est vna censura, quæ fertur in hoc totum: quando vero est particulare distributum, sunt plura interdicta personalia. Et ideo illud prius non comprehendit personas nisi vt partes huius communitatis: aliud vero comprehendit singulas absolute, & independentes ab omni simili respectu. Ex qua differentia, licet speculatiua videatur, oriuntur alie morales, quas postea ex professo tractauimus, videlicet, quod per interdictum generale ligatur interdum persona, quæ est pars communitatis sine culpa sua: per interdictum autem personale nemo ligatur sine personali culpa. Rursus interdictum generale auferri potest à persona manens in toto, si illa persona desinat esse pars totius: interdictum autem personale non auferitur à persona, nisi si relaxetur aliquo modo, ut infra latius.

Tertium dubium.

Ex dictis in hoc dubio resoluum est tertium, quod de generali interdicto locali tractari potest, scilicet, an interdicto aliquo generali loco quæsi collectiue sumpto, interdicanter omnia loca particularia eius, & quomodo id intelligendum sit. In quo in primis certum est, tale interdictum in locis particularibus habere suum effectum, quia actiones quæ interdicanter non exercentur in loco in genere seu confusè sumpto, sed in hoc vel illo loco determinato, sicut de personis dicebamus: est enim eadem ratio proportionalis. Quo fit, ut iuxta modo hoc locum habeat in interdicto locali, etiam parti-

Ratio assertionis quoad primam partem.

Qui sub hoc nomine populi, comprehendantur.

16 Dubium de habente duo domicilia. Calde,

Syluester.

17 Que personæ veniant

particulari, quia etiam per illud non interdictum a-
liquis locus, qui à Philosophis vocatur proprius, qua-
lis erit, v.g. altare ad sacrificandum, chorus ad canē-
dum officium: sed interdictum aliquis locus com-
munis (loquimur regulariter & moraliter) scilicet,
Ecclesia, v.g. in qua solet esse varia loca propria, vt
multa altaria, vel capella: necesse est ergo vt illud
etiam interdictum quoad effectum seu praxim, ad pro-
pria, seu particularia loca descendat, & in eis seruetur.

20 Obiectio. Dices: Ergo destruitur diuisio supra posita localis
interdicti in generalem & particularem, quia vtrū-
que versatur circa locum communem, in quo solū
possunt differre secundum magis & minus, quomo-
do interdicta etiam generalia inter se differunt: &
sic ad summū erit differentia respectu, ita vt particu-
larem dicatur, qui versatur circa locum minus com-
munem. Respondetur, in hac re esse magis attendē-
dam iuris dispositionem, & vsum, quam physicam di-
uersitatem. In iure ergo ille locus censetur proprius &
particularis in ordine ad hunc effectum, qui nō solet
per partes interdicti, sed vel totus, vel nihil, vt est par-
ticularis Ecclesia, vel templum, etiam si aliqui respec-
tu sacrorum, quæ in illo exerceri possunt, includat
alia loca physice magis propria, quæ respectu alterius
loci ita sunt partialia, vt moraliter nullā habeat
rationem loci totalis. At vero communis locus quoad
hunc effectum dicitur, qui de se plura cōplectitur, vel
cōplecti potest loca totalia, quæ per se & particu-
lariter interdicti possunt, & solent vt sunt diuersa tē-
pla, vel oratoria, quæ in suo ordine sunt loca totalia:
& ideo locus ille communis censetur quasi collectiuū
quid plura tota cōplectens. Et ita consistit optime
superior diuisio, & nihilominus doctrina hic tradi-
ta cū proportionem ad vtrumq; mēbrum applicatur.

Respondet. Qui locus in
iure parti-
cularis cen-
setur.

Qui locus
dicitur com-
munis.

21 Interdictio
cōmuni
loco inter-
dicuntur
partialia
sub eo cen-
setur.

Qua ratio-
ne diuisio
interdicti
partialia
interdicti.

22 An interdi-
ctum ciuitatis
intelligatur
interdictum
Cathedralis
Ecclesie
Covarr.
C. Quamuis
de Præb. in
6.

Secundo dicendum est, interdictum aliquo com-
muni loco, interdicti omnia particularia, vel partialia
loca sub illo comprehensa, & nullā aliud. Probat
ex proportionem sæpe dictā ad interdictum per-
sonale, quia non est maior ratio de vno loco parti-
culari, quam de alio in eodem toto comprehensio:
ergo si interdictum fertur in totum, & descendit ad
particularia, necesse est vt descendat ad omnia in to-
to contenta. Non vero ad alia, quia censura non ex-
cedit terminos sententiæ vel legis, vt sæpe dictum
est. Difficultas vero est in explicando, quæ loca par-
ticularia, vel partialia intelligi debeant comprehē-
sa, seu coniuncta totali loco in sententia interdicti
nominato. Cui difficultati in genere duo tantum
respondere possumus. Primum est consulendum
esse ius, vt si in eo casu aliquid disponit, iuxta taleius
sententiam interpretemur: vel, si casus nō sit omni-
no idem, consideretur an sit similis, & eadem ratio-
ne intelligendus. Secundum est, vbi ius nihil dispo-
nit verborum proprietatem esse obseruandam, &
magis receptam & vtitatam eorum significationem,
quæ in huiusmodi rebus moralibus plurimum valet.
Et ex his principiis generalibus definienda sunt
particularia, ex quibus loca exempli aliqua vstra-
ta, apponemus, vt ex illis facile possint familia resoluī.

Primum fit, quando interdictum diocesis tota
vel ciuitatis eius, in qua est Ecclesia Cathedralis, an
intelligatur ipsa etiam Ecclesia Cathedralis inter-
dicta; nam de aliis nulla est dubitatio, de Cathedra-
li vero id negat Covarr. supra, n. 4. citans Staphilæū
lib. de Literis gratiæ & iustitiæ, fol. 156. argumento
textus in c. Quamuis, de Præbendis in 6. vbi dicitur
nomine Ecclesiarum non comprehendi Cathedralē
in casu odioso, nisi exprimat. Sed in primis nō
recte applicatur ille textus ad interdictum genera-
le, in quo non omnes Ecclesie, sed totū corpus diocē-
sis vel ciuitatis interdictum: & nemo probabiliter
dicet in illo toto non includi caput. Addo nimum
eneruari tale interdictum, si dicatur excludi Cathē-
dralis Ecclesia: quia est ratio textus in cap. Si ciuitas;
statim tractanda. Quare quoad hanc partem falsam

censeo hanc sententiam. At vero si interdictum es-
se speciale sub generali nomine, & distributione Ec-
clesiarum ciuitatis, vel diocesis, esset vt cumq; pro-
babilis illa opinio. Mihi tamen non videtur recte, pa-
bari ex illo c. Quamuis, sed potius per argumentum
ab speciali oppositum colligi, nam ibi dicitur, Quā-
quam sub nomine Ecclesiarum ciuitatis includatur alias
Ecclesia Cathedralis. Et postea dicitur, propter ipsius ho-
norem nolumus hoc casu includi, scilicet in speciali casu
illius textus, nimirum, vt cum alicui sit gratia, vt de
aliquo beneficio provideatur in aliqua Ecclesiarum
diocesis, vel ciuitatis, tunc non cōprehendatur Cathē-
dralis: ergo extra illum casum, & si qui sunt alij
expressi in iure, semper comprehenditur. Casus au-
tem interdicti nullibi est exceptus quoad hoc in iu-
re: ergo ex illo textu potius colligitur debere com-
prehendi Cathedralē Ecclesiam sub illa genera-
litate in sententia interdicti. Neque ex illa licet illa-
tionem facere ad omnem materiam odiosam, quia
ibi non est propter materiam odiosam, sed quia Pa-
pa declarat se nolle ampliorem gratiam concedere;
nam statim dicit in simili fere casu sub generali no-
mine Ecclesiarum Prouinciæ comprehendi Cathē-
dralē, etiam Metropolitanam propter gratiæ am-
plitudinem. Quapropter etiam sub ea forma inter-
dicti non censeo illam sententiam admittendam,
quia non habet fundamentum, & alias pugnat cum
verborum proprietate.

Secundum exemplum seu dubium est, quando
interdictum ciuitas, muris circūdata, an loca extra
muros interdicta censeantur. Et resolutio est etiam
illa interdicta manere si sunt suburbia, vel ædificia,
quæ continentia appellantur: quia, licet nō sint tam
vicina, vt suburbium faciant, non sunt multum di-
stantia, sed ad eandem ciuitatem pertinere cen-
sentur, vt sunt nonnullæ Ecclesie, quæ vulgo eremito-
ria appellantur, vel monasteria, vel suburbana præ-
dia. Ita declaratum est in cap. Si ciuitas, vbi ponderā-
dum est verbum illud, Intelligi volumus: nam ex vi
verborum videbantur hæc non comprehendi no-
mine ciuitatis: tamen ne interdictum contemptui
habeatur, & reddatur inefficax, voluit ius hæc om-
nia comprehendi. Quia, si ciues possent in subur-
bio, vel proximis locis diuina audire, non multum
tali interdicto grauarentur, ex quo facile fieri pote-
rat, vt illud contemnerent: & ideo illa interpreta-
tio generalior à iure tradita est: nam, licet materia
videatur odiosa respectu subditorum, tamen est fa-
uorabilis Ecclesiasticæ disciplinæ. Ex qua ratione su-
menda est regula ad iudicandum quando ædificia
censenda sint continentia, vel quibus terminis con-
cludenda sit illa distantia, quā tale interdictum cō-
plectitur: nam, cum non sit per legē textata, necessa-
rio debet arbitrari iuxta prudens iudiciū, vel iudi-
cis, si declarare velit, vt Glossa & Doctores in d. cap.
dicunt, vel, si nolit, Doctorū & sapientum hominū,
qui spectare debent, an in tali loco sic distante respec-
tu talis populi procedat prædicta ratio, & si ibi ce-
lebrantur diuina, oriatur occasio contemnendi in-
terdictum. tunc enim interpretabimur, talem locū
esse interdictum, non vero alias. Vnde non obstat
quod talis locus vel Ecclesia ad talem ciuitatem nō
pertineat, sed alterius domini & iurisdictionis sit, imo
nec quod sit alterius diocesis, in quā iudex, qui
interdictum tulit, iurisdictionem non habet, vt re-
cte notauit Covarr. dist. 5. in 8. circa finem, cum a-
liis quos refert, & Syluester verb. Interdictum, 2. n. 5. Et
ratio est, quia dispositio illius iuris absoluta est, ni-
hilq; distinguit inter suburbia aut ædificia cōtinen-
tia eiusdem vel alterius domini aut iurisdictionis:
& ratio legis procedit in vtrisque, ergo & dispositio
illa hæc omnia cōplectitur.

Dices, Quomodo potest Ecclesiasticus iudex
interdicere locum sibi non subiectum? Respondent
aliqui, talem locum tunc non esse interdictum ab
homi-

23 An interdi-
ctum ciuitatis
loca extra
muros in-
terdicantur.

Regula ad
cognoscen-
dum quan-
do adificia
sunt contin-
entia.

Covarr. 1

24 Obiectio.
Responsio
quorundam
improba-
bilis.

Apriori
respondendi
modus.

homine, sed à iure: sicut quando aliquis excommuni-
catur ab homine, alij cum illo communicare pro-
hibentur, non ab homine, sed à iure. Sed melius di-
citur, quoad hunc actum illum locum esse subie-
ctum tali iudici per connexionem ad alium princi-
palem locum, hoc iure declaratum; vt ita illud in-
terdictum, quod vnum est, ab homine sit, & non
partim à iure, partim ab homine. Intelligendum
autem hoc est seclusis privilegiis: nam, si talis locus
specialiter sit exemptus quoad hunc effectum, iam
tunc illo titulo, & non ratione distantie immunis
erit: quod etiam de quacumque Ecclesia in ciuitate
contenta dici potest. Quid autem dicendum sit quan-
do tale ædificium sit post latum interdictum: quid
etiam si illo durante destruat, dicemus postea a-
gentes de causis, & de ablatione interdicti.

25
Interdicto
templo in-
terdicuntur
etiam ca-
pella, cæ-
meterium illi
contigua.

Atque ex hoc exemplo interdicti generalis infer-
tur in eodem c. Si ciuitas, proportionalis expositio
interdicti particularis alicuius templi. De illo enim
quæri posset, an eo ipso interdicantur capellæ, cæ-
meterium, &c. Et respondetur ibi affirmatiue, sub
ea conditione, quod ea partialia loca contigua sint
templo interdicto. Et ratio est, quia censeantur vnum
corpus sacrum cum illo efficere. Ratio etiam prio-
ris partis hic suo modo locum habet, quod interdi-
ctum posset aliquis facile contemni. At quando cæ-
meterium vel capella non est contigua, declaratur
ibi non comprehendendi, quia non efficit vnum locum
cum illo, qui determinate interdicatur. Neque tunc
altera ratio de vilipendio interdicti ad hanc partem
accommodatur: quia quando interdictum est par-
ticulare, auctor eius non vult vt maiorem vim ha-
beat, quam ex prohibitione vnus loci consequitur,
ideoque, si locus sit distinctus, qualis est omnis ille,
qui non est contiguus, quantumvis sit vicinus, non
comprehenditur sub tali interdicto.

26
Interdicta
ciuitate à
proprio Epi-
scopo inter-
dicuntur et-
iam paro-
chia aliena
iurisd.

Hic etiam annexum est alterum dubium, an per
interdictum generale, vel particulare loci interdicti
possit Ecclesia exempta à iurisdictione eius, qui in-
terdictum tulit, vt verbi gratia, in ciuitate Episco-
pali contingit esse parochiam immediate subie-
ctam, Prælati inferiori exempto, vt hic Conimbri-
cæ, vel superiori & Metropolitano, vt Salmanticæ,
cum ergo interdicatur illa ciuitas à suo Episcopo,
dubitatum est an illa etiam parochia interdicatur.
Dicendum vero est, per interdictum generale
sine dubio comprehendi iuxta superius tradita,
nam si loca distantia, si continentia sint, compre-
henduntur etiam si alterius iurisdictionis existant,
multo magis loca in eadem ciuitate inclusa: ratio e-
nim cap. Si ciuitas fortius in illis procedit. Et propter
eamdem rationem nulla Ecclesia religiosorum, quæ
tamen alias exempta sint, excipitur ab obseruantia
interdicti generalis ab Ordinario positi in tota ciui-
tate, vt statuit Concilium Tridentinum sess. 27. cap.
12. de Regularibus, & cap. 22. extendit illud Decre-
tum cum aliis ad omnes religiones, quas ibi specia-
tim numerat. At vero è contrario per interdictum
speciale non poterit illa Ecclesia interdicti per talem
Episcopum, sed solum per illum cui subiecta est, quia
alius non habet directam iurisdictionem in illam,
neque etiam per consecutionem, aut aliam iuris in-
terpretationem, illam obtinet. Solum posset excogitari
casus, in quo talis Ecclesia esset contigua alteri
Ecclesiæ subiectæ tali Episcopo, nam tunc, licet
non directe, indirecte & consequenter posset com-
prehendi talis Ecclesia per interdictum speciale po-
situm in alia sibi coniuncta.

27
Speciale in-
terdictum
vnum tem-
pli non com-
prehendit il-
li contiguum
pariete com-
muni vel
cæmeterio.

Sed in hoc dicendum est, si fingamus duas Eccle-
sias esse contiguas, vel medio cæmeterio, vel quia
habent parietem communem, si vna non sit capel-
la alterius, sed omnino sint distinctæ, non compre-
hendi vnâ per speciale interdictum alterius. Ratio
est, quia contiguitas non tollit distinctionem: tale
autem interdictum solum fertur in vnum determi-

natum locum. Idem colligitur ex dict. cap. Si ciuitas,
vbi, vt aliquis locus per interdictum speciale inter-
dicatur simul cum Ecclesia principaliter interdicta,
duo requiruntur: vnum est vt sit capella, vel cæme-
terium eius, id est, locus illi annexus: aliud est, vt sit
illi contiguus: sicut ergo non sufficit prima cōditio
sine posteriori, ita neq; è conuerso. Vnde, si duæ Ec-
clesiæ vicinæ communicarent in cæmeterio, ita vt
illud inter se diuiderent in certo termino, interdi-
cta vna Ecclesia, solum esset interdicta vna pars cæ-
meterij ad illam pertinentis, non vero alia pars quæ
ad illam non pertinet, quia non est cæmeterium e-
ius, etiam si sit contiguum vel physice continuum
cæmeterio suo. At vero quando vna Ecclesia ita est
alteri contigua, vt sit illi annexa principali interdi-
cta, etiam erit interdicta annexa, quia est veluti ca-
pella eius, & ita in ea procedit dispositio cap. Si ciui-
tas. Et locum etiam habet illa regula iuris, accessio-
rium sequi principale. Non potest autem moraliter
contingere, vt tales Ecclesiæ sint diuersarum iuris-
dictionum; tamen si hoc fingeretur, etiam tunc pro-
cederet regula posita, propter rationem propo-
tionalem datam de interdicto generali: nam in hoc et-
iam absoluta & sine exceptione est interpretatio ca-
pituli Si ciuitas, è contrario vero non videtur morali-
ter accidere, vt interdictum speciale directe fe-
ratur in Ecclesiam accessoriam alteri, quia talis Ec-
clesia comparatur ad aliam vt capella & pars inter-
dictum autem ferri non solet in partem. Si tamen
fingamus ita ferri, reuera non maneret ex vi illius
interdicti alia principalis Ecclesia interdicta, quia
non est illi annexa, sed è conuerso, & principale non
sequitur accessorium. Item non est capella nec cæ-
meterium eius. Deniq; comparatur ad illam, vt cō-
mune ad particulare, inter quæ non est conuersio:
sicut si poneremus vnum altare vel capellam alicuius
Ecclesiæ directe tantum interdicti, non maneret
propterea interdicta tota Ecclesia.

Atque hæc exempla videntur sufficere, vt ex eis
intelligatur quid comprehendat interdictum gene-
rale, vel particulare. Doctores vero & Summi
addunt alias questiones, quæ in sola vocis ambigui-
tate posite sunt. Contingit enim propter delictum
domini terram eius interdicti, dubitatur ergo, si ille
habeat plures tetras, titulis æqualibus, domini, vel
inæqualibus, scilicet, vnam titulo domini, aliam pi-
gnoris emphyteutis, &c. An omnes, vel quæ illarum
interdicta sint, vt videre licet in Syluestro Interdi-
ctum, 2. num. 3. & 4. & Antonino 2. p. tit. 26. c. 2. & In-
terpretibus iuris Canonici in dict. c. Si sententia, &
Si ciuitas. Sed hic de re nulla est questio, sed solum de
sententiæ incertitudine, orta ex communi termi-
no, nec satis contracto ad indiuiduum significatio-
nem. Et ideo primum omnium generales regulæ ap-
plicandæ sunt & seruandæ: consideranda est enim
proprietas vocis, & circumstantiæ tam materiæ,
quam personæ, & occasionis interdicti ferendi, &c.
Et si pensatis omnibus adhuc manet indefinita, &
incerta locutio, sententia censuræ erit nulla, vt pote
ambigua & incerta: si vero ex verbis & circumstan-
tiis constare potuerit sufficienter, de qua terra sit
sermo, illa erit interdicta.

Ad hoc autem iudicium ferendum deferunt
nonnulla indicia circa proprietates locutionum,
quæ vel ex dictis autoribus sumuntur, vel excogita-
ri possunt. Primum, quando locutio est in singulari
sine signo distribuenti, nunquam comprehendit
plures terras non continuas, seu quæ vnum corpus
politicum non componunt, quod sub propria si-
gnificatione talis vocis cadere possit. Ratio est cla-
ra: quia tertius in singulari numero multa in ri-
gore non comprehendit, nisi copulatiue si distri-
buatur, vel collectiue si in ea significatione sumit
possit. Propter quod dixi, nisi terra sit continua, quia
tunc optime comprehenditur tota nomine singu-
lari.

lari, significatione collectiua. Idemque est quando, licet non sit continua, componit vnum corpus politicum, vt vnum Regnum, vnam Prouinciam, &c. Et ideo, quando neutrum bonorum interuenit, iura quæ ferunt hanc censuram, si volunt plures terras comprehendere, in plurali loquuntur, vt patet ex Extra. *Super gentes*, de Consuetudine, vbi etiam distributio additur, quæ mihi in rigore non videtur necessaria: nam si in plurali dicatur. *Interdicimus terras, ciuitates, aut oppida Petri*: licet habeat plura quæ duo, omnia in rigore sermonis comprehendere videntur, quia illa pluralis locutio relata ad talem personam iuxta moralem locutionem comprehendit omnia.

Secunda regula. Secundum, quando dicitur terra, vel ciuitas Petri, &c. In rigore sermonis significatur illa, cuius ipse est Dominus, vt ex latina significatione constat. Vnde, si plures terras æque possideat sub dominio suo, per se loquendo talis locutio ambigua est, ac propterea sententia nulla. Dico autem *per se*, quia si per antonomasiam soleat illa vox accipi pro principali: & quæ est veluti caput sui status, vel illa in qua habet domiciliū, vel diutius habitat, vel iuxta subiectam materiam illa in qua committit delictum pro quo fertur interdictum, tunc ex adiunctis, & communi vsu vocis tollitur ambiguitas, & tunc constat terram subiecti tali interdicto. Cauendum autem est hoc loco quod aliqui dicunt, quando interdicuntur terræ alicuius committentis delictum, comprehenditur etiam terras illorum, qui cum illo in delicto communicarunt. Est enim hoc aperte falsum, nisi in ipsa sententia fiat expresse extensio ad cooperatores delicti, & terras eorum. Quia pena non est extendenda ultra terminos eius, quando talis extensio in iure non est expressa: sed ex vi verborum sententia lata in aliquem delinquentem non extenditur ad coadiutores vel cooperatores, nisi exprimitur. Quod maximè verum est, quando censura fertur contra singularem personam prout contingit in prædicto casu, nam, quando interdicuntur terræ alicuius, ille est qui singulariter punitur: & præterea terræ aliorum cooperantium non sunt illius: ergo in rigore non comprehenduntur sub illa locutione, neque ex aliquo textu potest talis extensio colligi. Syluester vero supra fauet huic sententiæ, quatenus ait, interdicta terræ alicuius, interdicti terram, quæ illi fauit in crimine. Sed hoc etiam censo falsum, nisi etiam illa terra sit illius, nam aliud est esse adiutricem, aliud esse subditam, & verba illa significant in rigore hoc posterius: non illud prius; & non sunt extendenda extra propriam significationem.

Tertia regula est, quando aliquis possidet plures terras inqualibus titulis, si locutio sit singularis intelligitur de illa qui propriissime est sua, id est, cuius est absolutus dominus, licet habeat alias in emphyteusim: vel vsumfructum, &c. Si vero locutio sit pluralis, comprehenduntur omnes iuxta vim verbi, quod adiungitur, & modus possessionis talis terræ, vt si verba sint, *terra aut regna Petri*, quia hæc absolute significant dominium, non comprehendunt terras, quas possidet solum loco pignoris, aut quas tenet aut gubernat nomine alterius: comprehendet autem omnes, quarum habet qualecumque dominium, vel etiam vsumfructum, vt quas possidet maritus eo quod sint vxoris, vel quas habet in emphyteusim, &c. Quia hæc omnia solent dici alicuius in communi vsu loquendi. At vero, si verba sententiæ dicerent, *omnes terras possessionis, vel gubernatas à tali persona*, tunc comprehenderetur etiam alia iuxta verbi exigentiam. Addit vero Syluester, si aliqua ex illis terris sit etiam alterius domini innocentis, ita vt pro indiuiso vtique sit dominus, talem terram non comprehendit illo interdicto, *ne innocens*, inquit, puniatur, argumento ca. vltimi, l. q. 4. quod parum ad causam facit: neque illa ratio in materia interdicti est eflicax, cum sepe in hac censura contingat quod-

Fr. Suarez tom. 5.

dam grauari propter aliorum crimen ob aliquam coniunctionem cum illo. Propter quod dubito de veritate illius dicti, nam si talis persona illam tantum terram haberet, & iudex illam interdicere illo titulo, & sub illa forma verborum, *terram Petri interdicto subiungimus*, sententia non esset inualida, imo neque iniusta, etiam si essent alij domini illius terræ pro indiuiso, quia licet alter sit innocens, non est inconueniens vt grauetur interdicto: nec disciplina Ecclesiastica debet impediri propter consortium alterius in dominio: ergo similiter dicendum est in præfati, quamuis non sola illa terra, sed simul cum aliis supponatur interdicto. Nihilominus alia ratione posset illa sententia defendi, quia terra, quæ est multorum pro indiuiso, simpliciter non dicitur esse alicuius illorum, sed omnium simul, quia nullus eorum est absolutus dominus, sed partialis, quamuis non partis determinatæ, sed totius: & ideo non videtur comprehendere sub illis verbis absolute prolatis, & generalibus. Non dubito tamen quin possit iudex talem terram supponere interdicto, propter peccatum vnius, vt ratio facta probat, & latius infra dicemus. Et ideo, si interdictum specialiter versetur circa talem terram, vel ille propter cuius delictum fertur, non habeat aliam, idque iudex non ignoret: tunc interdictum habebit effectum in illam, quia potestas non deest, & voluntas iudicis iam satis explicatur.

C An interdictum personale semper in vsu coniunctum sit cum locali.

Vltimo dubitatur circa interdictum locale & personale, esto distincta sint, an in vsu etiam separantur, vel coniungantur semper, ita vt nunquam feratur locale sine personali, & e conuerso; nec generale, sine aliquo particulari, & e contrario. Possunt autem hic plures comparationes fieri, scilicet personalium inter se, & localium inter se: & in his constat interdictum particulare ferri sine generali tam personale quam locale, quia censura vnius personæ ex vi sua non extenditur ad communitatem, & idem est de particulari loco respectu communis. At vero e contrario videtur, generale interdictum semper includere particulare cum proportionem: tamen iam dixi hoc ad summum esse verum materialiter, & quoad effectus interdicti, non vero quoad rationem formalem, & moralem modum eius, vt satis explicui, & infra amplius declarabitur, explicando quæ differentia in hoc sit inter eos, qui dederunt, vel non dederunt causam interdicto. His ergo comparationibus omisis, personale & locale interdictum quatuor modis possunt inter se conferri, scilicet generale cum generali, & particulare cum particulari, vel generale personale cum particulari personali.

Prima ergo regula sit, Interdictum generale locale non inferit personale generale, neque e conuerso: loquimur per se, & ex vi illorum, nam per accidens iudex, vel lex possunt illa coniungere. Et sic est conclusio certa, & sumitur ex capit. Si sententia, de Sent. excomm. Et ratio est, quia per interdictum locale, solum prohibentur homines generatim illic celebrare, vel audire diuinā, non vero extra illum locum, vt dicitur in prædicto cap. ergo ex vi illius non interdicuntur personæ talis loci generatim, quia per interdictum generale personale prohibentur personæ simpliciter respectu cuiuscunque loci, vt ibidem significatur, & infra latius videbimus. Similiter e conuerso ex vi interdicti generalis alicuius populi nullus locus ibi simpliciter interdicatur, quia quælibet alia personæ possunt ibi facere, & audire diuinā, quia censura non transcendit terminos seu res significatas per verba legis aut sententiæ, interdictum autem locale solum est, quando locus ipse absolute & directe prohibetur, ita vt nec personæ ibi ha-

Yy

bi ha-

bi habitantes, neque extraneæ, etiam ex vniuersa Ecclesia, possint facere, vel audire ibi diuina.

33
Cap. 1. de v
iuris in 6.

Confirmatur ex cap. 1. de Vsuris in 6. vbi prius ponitur interdictum personale, generale, & propter contumaciam semestrem in illo, additur generale interdictum locale: ergo supponitur hoc non esse coniunctum cum illo. Item supponitur ex dicto c. Si sententia, & ex proportionem ad interdictum locale generale, nam quoad hoc est eadem ratio, sicut interdictum locale excludit ab hoc loco omnes personas non tamen omnes personas huius loci ab omni alio loco, ita interdictum personale generale excludit quidem has personas ab omni loco, non tamen impedit ipsum locum absolute & respectu omnium; nullo enim iure hoc ostendi potest. Præterea hoc aliter colligi potest ex dicto cap. Si sententia, quatenus ibi dicitur, interdictum clero, non esse interdictum populum. Vnde bene ibi Glossa infert, interdictum clero, non esse interdictum Ecclesiam, quia populus ab aliis clericis potest in illa audire officia: ergo multo minus interdictum populo, erit interdictum Ecclesiam, magis enim coniuncta est Ecclesia cum ipso clero, quam cum populo. Imo, nec si ambo interdiciantur, locus erit interdictus, nam semper militat eadem ratio. Atque hanc sententiam tenuit Nauarr. c. 27. n. 167. & Soto dist. 22. q. 3. artic. 1. & auctor Compendij Mendicantium, verbo, Interdictum 3. §. 13. & ex Canonistis Glossa in dicto cap. Si sententia, verbo, In clerum, & verbo, Interdicti: quam interpretes communiter sequuntur. Couarruias autem lib. 2. Variar. resol. cap. 8. circa finem & dicto cap. Alma, part. 2. §. num. 7. inclinat in contrariam sententiam, sequuntur Syluestrum, Antoninum, & quosdam alios quos refert. Et præcipue fundatur in cap. Quod nonnulli, de Priuileg. Sed non recte, quia illud cap. manifeste loquitur de interdicto locali, quod vocatur commune terræ interdictum, vt aperte Glossa ibi sentit & expressius ibi Panormitanus dicens, quod ibi per priuilegium conceditur nunc esse ius commune capituli, Alma mater. Addit Couarr. coniecturam, quia illo loco possent celebrari diuina publice & solenniter, & possent pulsari campanæ, si ipse locus non esset interdictus: hoc autem esset in ludibrium ipsius interdicti, nec possent personæ interdictæ regulariter excludi, imo esset quodammodo inuitare illas: sed hæc omnia sunt accidentaria, per se autem omnia illa licent in tali loco: clerici autem cauere debent ne personas interdictas admittant & consequenter non debent dare signa, quæ ad vocandum populum dari solent: si tamen aliquod esset in usu proprium clericorum ad vocandos illos, illud dari posset. In modo etiam celebrandi iuxta loci commoditatem, & dispositionem se gerere tenebuntur: nam, si Ecclesia aliquantulum distaret, nec esset periculum quod interdicti audire possent, libere poterunt celebrare: sin minus tenebuntur submissa voce, & ianuis clausis, &c. celebrare: non quia circumstantia, vel impedimentum loci postulet, sed propter vitandos interdictos.

34

Secunda regula sit, interdictum personale particulare non infert locale particulare: è contrario autem recte infert, saltem quoad substantiam, & effectum. Prior pars manifesta est ex ratione proxime facta, quia prohibitio personarum non infert aliquem locum esse simpliciter prohibitum: quod tam est verum de quolibet particulari loco, sicut de generali. Vt probetur altera pars suppono primo, nullum locum etiam particularem posse supponi interdicto, nisi propter delictum alicuius personæ: quod satis constare potest ex dictis supra de censuris in communi: nam cum hæc sit grauis poena, debet supponere culpam saltem in aliquo, quod infra latius tractabo. Secundo suppono, quando locus interdicitur ob delictum alicuius, illum, qui sua culpa dedit causam interdicto, neque ibi, neque alibi

Qui causam
interdicti

A posse interesse diuinis, vt colligitur ex dicto cap. Si delictum sententia, ibi: Qui culpabiles non existunt, possunt extra ipsam licite interesse diuinis: ergo qui existunt culpabiles, etiam extra locum interdictum non possunt interesse diuinis: quamuis enim ibi sit sermo de interdicto generali, tamen cum proportione est eadem ratio de particulari: atque ita omnes intelligunt. Hinc ergo concluditur, interdictum particulare locale virtute semper includere particulare personale, quia ex vi illius semper aliqua, vel alique personæ manent simpliciter exclusæ à diuinis in omni loco, sed hæc est propriatio interdicti personalis particularis: ergo.

B Atque hinc à fortiori sequitur tertia regula, nimirum interdictum generale locale virtute semper includere interdictum personale particulare: non tamen è conuerso. Prior pars constat ex præcedenti regula: nam si interdictum locale particulare aliud infert, multo magis generale. De quo est expressior textus in dicto cap. Si sententia. Et ratio est eadem. Secunda etiam pars est manifesta: nam si interdictum personale etiam generale non infert interdictum generale loci, multo minus interdictum speciale personale illud infert.

C Ex quo sequitur tandem quarta, & vltima regula, scilicet interdictum generale personale non includere virtute interdictum locale etiam particulare: sicut neque è contrario. Ratio prioris partis est manifesta ex dictis in prima regula, quia ex vi cuiusque interdicti personalis nullus locus est per se prohibitus, quominus in eo personæ non interdictæ possint facere, vel audire diuina: ergo nullus locus particularis manet simpliciter interdictus ex vi cuiusque interdicti personalis, quantumvis generalis. Et ratio differentie quoad hoc inter locale, & personale interdictum est, quod nullum interdictum fundatur in defectu loci siue generalis, siue particularis: fundatur autem omne interdictum, etiam locale in delicto alicuius, vel aliquarum personarum, quæ acerbius semper puniuntur: & ideo particulare interdictum personæ alicuius persæ, & ex vi institutionis semper est coniunctum cum quolibet locali. At vero è contrario quantumvis personæ interdiciantur, etiam generatim, nullus locus specialiter prohibetur, quia neque est in illo specialis causa ipsius interdicti, neque in illum directe dirigitur interdictum ipsum. Dicunt vero aliqui, omne interdictum personæ esse interdictum loci: quia ratione personæ interdicitur locus, si in illo ipsa sit: imo hæc videtur esse directa intentio talis interdicti. Sed respondetur, falsum hoc esse nisi vbi interdictum est deambulatorium, quod iam diximus verumque comprehendere. At cum est personale est intentione directa, solam personam interdicit: quod si ipsa sit in loco communi, v. g. in oppido, non propterea oppidum est interdictum: si autem sit in templo, impedit quidem, ne tunc fiant diuina, sicut impedit excommunicatus, non tamen propterea est locus interdictus, quia illo excluso sine alia relatione poterunt ibi celebrari diuina. Altera item pars facilissima est, quia ex vi interdicti generalis loci non manet populus generaliter interdictus: ergo multo minus manebit propter interdictum particulare loci. Ratio autem vtriusque est, quia culpa, ob quam fertur locale interdictum, non est in toto populo. Imo licet contingeret, omnes personas populi esse culpabiles in tali delicto, singulari quidem essent specialiter interdictæ: tamen in populo ipsum non esset latum generale interdictum.

(?)

Alia

Alia interdicti diuisiones proponuntur.

SECTIO I.

Quorum Sacramentorum usus per interdictum prohibeatur.

Quarta diuifio interdicti addi potest in totale, & partiale: totale voco illud, quod simpliciter fertur quoad omnes effectus interdicti, quale erit, quoties interdictum in locum, seu personam proferretur absolute, & sine vlla determinatione; vt notauit Nauarr. in Summa, cap. 27. n. 170. Partiale autem erit, quando solum fertur quoad vnum, vel alium effectum, quale erit, quoties verba iuris, vel sententia ita illud limitauerint, vt si dicant: *Ab ingressu Ecclesie*, iuxta cap. *Is qui*, de Sent. excom. vel si tantum priuet Ecclesiastica sepultura, argumento cap. 2. de Tormentis; & idem est in similibus, vt notauit Couarr. referens alios in c. *Alma*, p. 2. §. 1. n. 3. circa finem. Quae diuifio, & doctrina est conformis illi, qua supra de suspensione tradidimus, & iuxta illam est proportionaliter intelligenda: idcirco non oportet hic plura addere, sed ex his, quae de effectibus, dicimus, res tota exacte constabit.

Quinta diuifio interdicti erit, quia aliud est a iure, aliud ab homine, quae per se nota est, nam ab homine quocumque fertur in quibus autem casibus feratur iure, infra videbimus. Solum ergo hic applicanda sunt supra dicta de censuris in communi, & quae infra dicemus de causis interdicti.

Sexto, & vltimo diuidi potest interdictum in illud, quod per modum censurae fertur propter contumaciam: & quod fertur tanquam pura poena. Cuius diuisionis sensus constat ex dictis in simili de suspensione, & ex doctrina de censuris in communi. Res autem magis in particulari constabit ex his, quae dicemus de causis, & de relaxatione interdicti.

DISPUTATIO XXXIII.

De primo effectus interdicti, qui est Sacramentorum priuatio.

RIVS QUAM de causis interdicti dicamus, visum est dicere de effectibus: quoniam & ad intelligendam exactius rationem interdicti, & ad faciliorem causarum cognitionem haec disputatio confert. Omnes autem effectus interdicti ad tria capita reuocantur: quae sunt, priuatio actiua, & passiua quorundam Sacramentorum: priuatio actiua, & passiua diuinorum officiorum; & similibus priuatio Ecclesiastica sepulturae. Atque hi tres effectus communes sunt proportionaliter omni interdicto, tam locali, quam personali, & vtrique tam generali, quam particulari. Et haec intelliguntur per *interdictionem diuinorum*, quando sub hac forma fertur interdictum, vt colligitur ex cap. *Ex rescripto*, de Iureiurando. Et in particulari explicatur in aliis iuribus, quae infra referemus expresse: tamen habentur hi effectus in cap. *Si ciuitas*, & cap. *Si sententia* & cap. *Alma mater*, de Sent. excom. in 6. Hos ergo tres effectus sigillatim explicabimus, eosque ad singula interdicta applicabimus. Solet autem addi quartus effectus, qui est prohibitio ab ingressu Ecclesiae, de quo peculiariter videbimus, an sit effectus communis omni interdicto, an potius constituat peculiare interdictum.

Fr. Suarez tom. 5.

Ratio dubitandi esse potest, quia in dicto cap. *Si sententia*, absolute dicitur, personas interdictas non debere *tandem*. Ecclesiastica accipere Sacramenta. Quae absoluta propositio aequalec vnuerfali: nulla ergo Sacramenta debent recipere, sed omnia sunt illis interdicta. Dicendum vero est, hanc prohibitionem implicite continere conditionem, seu limitationem, scilicet nisi in casibus, aut Sacramentis a iure exceptis. Ita declaratur in c. *Alma mater*, de Sent. excom. ibi: *Certis casibus, & Sacramentis exceptis*. Et quamuis loquatur de interdicto locali, tamen eadem proportionali ratione in ceteris procedit. Et haec est communis sententia Doctorum in hoc loco, & Theologorum, & Summistarum, quos re clara referre non est necesse. Videndum ergo superest, quae Sacramenta permittantur, nam cetera erunt prohibita.

De Baptismo.

Primo ergo excipitur Baptismus, qui in interdicto prohibetur, quia est necessarium ad salutem. Et quidem de personali interdicto, & quantum ad susceptionem huius Sacramenti id non oportuit iure cauere; quia ante Baptismum susceptum nulla persona est capax interdicti, quia non est capax censurae, vt supra suo loco diximus; & ideo non potuit Ecclesia interdicare directe alicui personae, ne Baptismum suscipiat: potuit tamen fidelibus prohibere, ne in tali loco Baptismum administrarent, vel etiam ipsis personis absolute interdiceret actiuam administrationem huius Sacramenti. Quod autem id non faciat per interdictum generale loci, constat ex cap. *Responsio*, de Sententia excommunicat. & ex cap. *Non est verbum*, de Sponsalib. est tamen aduertendum, in illis locis specialiter excipi Baptismum paruulorum: per quod additum indicari videtur, Baptismum adultorum esse illo tempore interdictum. Verum tamen vel illa locutio non est sumenda tanquam restrictio, sed tanquam denominatio quaedam Baptismi, qui veluti per antonomasiam ita vocatur, quia paruulis est maxime necessarius: aut certe illa restrictio ablata est in cap. *Quoniam*, de Sententia excommunicat. in 6. ibi: *Nedum pueris, sed adultis propter periculum morae exhiberi potest licite tempore interdicti*. Nam licet adultus possit per Baptismum fluminis saluari, tamen Ecclesia noluit eius salutem in eo discrimine constituit, vt contritio, vel amor Dei super omnia necessarius illi habendus sit: neque etiam voluit vberiori fructu Sacramenti, quoad gratiae augmentum, & plenam remissionem culpa, & poenae quempiam priuare. Colligitur praeterea ex dicto cap. *Quoniam*, Sacramentum hoc non solum priuatum, sed etiam solenniter ministrari posse in loco interdicto, tum quia non postulat accidentariam necessitatem, vt administrari possit: sed quouis tempore dari permittit propter intrinsecam causam, seu necessitatem, quae est *mora periculum*: quoties autem Baptismus conceditur extra articulum necessitatis, solennitas eius concessa intelligitur: imo haec nunquam licite dimittitur, nisi ob accidentariam necessitatem. Tum etiam quia in illo textu supponitur, huiusmodi Baptismum dandum esse cum vñsione Christum: haec autem vñsio pertinet ad solennitatem Baptismi, & ex hac caeremonia alias licitas esse concludimus; quia non est maior ratio de vna, quam de alia: & quia illa vñsio non nisi in plena adhibetur solennitate. Quod etiam credimus iure antiquo, & con-

Baptismus potest interdici tempore solenniter ministrari.

Yy 2 muri